utraque parte apud Maxe fluvium convenissent
exercitus et castra fixissent ibidem, ecce rex
Bohemus, Ottonis marchionis Brandeburgensis,
qui eidem in adiutorium venerat, utili acquies-
cens consilio, quibusdam armatis post tergum
relictis, tamquam fugiendo secessit retrorsum. c. 434.
Hiis siquidem visis Ungari quasi iam de belli
certi victoria subsannando ac vociferando cum a) certa C.
magna multitudine fluvium transierunt
necnon eos, quos relictos invenerant, grandi
fortitudine occupantes, ex ipsis multos occide-
runt. Hiis vero cognitis rex Bohemie cum toto
revertitur exercitu atque ipsos Ungaros, qui
flumen transierunt, in manu conclusit hostili,
plures ~~quidem~~ quippe ex ipsis gladiorum exterminio a) 2. er. ed., neo 2 ff. quippe
perierunt, et plurimi submersi sunt. Cum
igitur totam cladem suorum aspiceret = 2. er. ed. [illegible] 1. p. totam
rex Ungarie, non ultra morari sustinens, cum b) sustines C.
residuo exercitu in fugam versus est.
Anno Domini MCCLXI. Quidam venit — — Cron. Minor.
Apulie et Cecilie. Ultimo fugatus est, et sui
interierunt et fugierunt.
Anno Domini MCCLXII. In sancta festivitate
paschali, que erat tercio Kal. Aprilis, soldanus
Babylonie armata manu obsedit civitatem
Accon. Tunc populi christiani coadunati in unum
de adiutorio Dei bellum commiserunt in octava
pasche cum soldano, et multis Sarracenis in
certamine interfectis, hostes de sua vicinia stren-
nue fugaverunt. Soldanus proinde in furorem
versus ecclesiam beate Marie virginis,
ubi salutata fuit ab angelo, in Nazareth fun- = Cr. LF.
ditus subvertit et destruxit. Quod domina
nostra notabiliter ulciscente, sedicione orta in c) soldani C.
exercitu soldani, mutua se cede invicem +) f. 139.
occiderunt, et magna ibi strage facta, iusto Dei
iudicio Sarraceni, qui Jerusalem ex parte prefati